

**CORNELII NEPOTIS VITÆ
ILLUSTRÍUM IMPERATORUM,
AD FIDEM OPTIMORUM
CODICUM CASTIGATÆ**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649556243

Cornelii Nepotis Vitæ Illustrium Imperatorum, Ad Fidem Optimorum Codicum Castigatæ by
Cornelius Nepos & G. B. Wheeler

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

CORNELIUS NEPOS & G. B. WHEELER

**CORNELII NEPOTIS VITÆ
ILLUSTRÍUM IMPERATORUM,
AD FIDEM OPTIMORUM
CODICUM CASTIGATÆ**



CORNELII NEPOTIS
VITÆ

ILLUSTRIUM IMPERATORUM,
AD FIDEM OPTIMORUM CODICUM CASTIGATA.

WITH NOTES

BY THE

REV. GEORGE B. WHEELER, A.M., T.C.D.,
EDITOR OF "WETTENHALL'S GREEK GRAMMAR," &c.,
AND CHAPLAIN IN THE CIVIL SERVICE.

LONDON: WILLIAM TEGG.

—
1863.


500. — 48.

2215. f. 4

PREFACE.

"THE Lives of Illustrious Generals" form one of the first books usually placed in the hands of youth. The subject is interesting, and the style of Nepos is clear and simple. It was not my duty to make an easy author difficult by a critical commentary of any length. I have explained some phrases, not obvious in their meaning, and removed what difficulties I could find. I have also given brief notes on some points connected with history, geography, and antiquities.

GEORGE B. WHEELER, A.M.,
Trin. Col., Dub.



PRÆFATIO.

Non dubito, fore plerosque Attice, qui hoc genus scriptura leve et non satis dignum summorum viorum personis judicent, quem relatum legent, quis musicam docuerit Epaminondam; aut in ejus virtutibus commemorari, saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse. 2. Sed hi erunt fere, qui, expertes literarum Græcarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. 3. Si si didicerint, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutoa. 4. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe quam cives ejus eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores. Nulla Lacedamonii tam est nobilis vidua, que non ad scenam eat, mercede conducta. 5. Magnis in landibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari; in scenam vero prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Que omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. 6. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, que apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet, uxorem ducere in convivium? aut cuius non mater-

familias primum locum tenet sedium, atque in celebri-
tate versatur? 7. Quod multo fit aliter in Gracia.
Nam neque in convivium adhibetur, nisi propin-
quorum; neque sedet, nisi in interiore parte sedium,
qua *γυναικωνίτης* appellatur, quo nemo accedit, nisi
propinqua cognatione conjunctus. 8. Sed hic plura
persequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum
festinatio, ut ea explicem, qua exorsus sum. Quare
ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro
de vita excellentium Imperatorum.

I.

MILTIADES.

CAP. I. MILTIADES, CIMONIS FILIUS, ATHENIEN-
SIS, quum et antiquitate generis, et gloria majorum,
et sua modestia unus omnium maxime floret, caque
easset estate, ut jam non solum de eo bene sperare,
sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum,
qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienses
Chersonesum colonos vellent mittere. 2. Cujus
generis quum Magnus numerus easset, et multi ejus
demigrationis peterent societatem: ex his delecti
Delphos deliberatum missi sunt, qui consularent
Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Nam-
que tum Thraeces eas regiones tenebant, cum quibus
armis erat dimicandum. 3. His consulentibus nomi-
natim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi impera-
torem sumerent: id si fecissent, incepta prospera
futura. 4. Hoc oraculi responso Miltiades cum
delecta manu classe Chersonesum profectus quum

accessisset Lemnum, et in oolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque ut Lemnii sua sponte facerent, postulasset: 5. illi irridentes responderunt, tum id se facturos, quum ille domo navibus proficisciens vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. 6. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat, peruenitque Chersonesum.

II. Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communiit, multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit. 2. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est. Nam quum virtute militum hostium devicisset exercitus, summa sequitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. 3. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine; neque id magis imperio, quam justitia, consecutua. Neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia prestabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum quibus erat profectus. 4. Chersoneso tali modo constituta, Lemnum revertitur et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum, vento Borea domo profectus, eo pervenisset, sese dedituros; se autem domum Chersonesi habere. 5. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen, non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

III. Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex Asia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum

inferre decrevit. Pontem fecit in Istro flumine, quā copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Æolide duxerat; quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. 2. Sic enim facillime putavit se Graeca lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinquiceretur. In hoc fuit [tum] numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. 3. Hic quum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique ab Scythia, Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna datam occasionem liberandæ Græcia dimitterent. 4. Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat, interisset Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci genere, liberos a Persarum futuros dominatione et periculo. Id et facile effici posse. Ponte enim rescisso, regem vel hostium ferro vel inopia paucis diebus interitarum. 5. Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiaeus Milesius, res conficeretur, obstitit, dicens, non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire, et multitudini, quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio; quo extincto, ipsos, potestate expulsos, civibus suis penas daturos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Persarum. 6. Hujus quum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consciis ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda, quum amicior omnium libertati, quam suæ fuerit dominationi.

IV. Darius autem, quum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Græciam redigeret in